IOHANNES CHRYSOSTOMUS
12. Jh.
Seite 90r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26144
Copyright: Admont, Benediktinerstift

enim graue est. Dic mihi quid nobis imputatur: Habeo
inquit uxorem tuam. & castus esto. Num hoc difficile est.
Quomodo quomodo sine uxoribus castitatem seruam. Non
xpiani solum. s; iam pagani. Transcendit paganus
propter uanam gloriam. tu autem neque hoc custodis propter
timorem dei. Da inquit pauperibus ex his que possides.
Num hoc graue est. Si hic accusant nos pagani dicen
tes. Integras substantias exinaniuimus. propter uanam
gloriam. Noli inquit turpia loqui. Num hoc difficile est.
Ac si non esset imputatum. nonne debebamus hoc im
plere. Ne inhoneste appareamus. Quia vero magis etiam hu
iusmodi difficile est. hoc turpia loqui manifestum est. ex eo
quod reuertitur & confunditur anima cum tale aliquid
dicere fuerit ercitata. & non dicit nisi forte cum est ebria.
Quare enim in publico non loqueris aliquid turbe. sed
in domo hoc facis. & in secreto. Illic non facis propter
presentes. Quare ante coniugem tuam non facile turpia
loqueris. ne ad iniuriam hoc facere uidearis. ne
iniuries mulierem non facis. Deo autem qui ubique
presens est iniuriare non confunderis. Ubique enim presens
est. & omnia audit. Noli inquit inebriari. Hoc enim & p
seipsum supplicium est. Non dixit coarta corpus tuum
sed quid. Non ita luxuriari facias. ut auferas a bona
preparatum. noli ad replenda cupiditatem eius peccatione
facere. Non rapias inquit que tua non s. noli
auarus esse. noli piurare. Qualibus laboribus hec opus